


*De quo nonnulli curiales contempserunt sed non est obtemperandum. circa de falso
 mig. Real Repraesentum. f. 2. A. A. Sancto Masagalesiu in epistola*



*fixa in
 tabula ad
 formula in
 raris libris
 Anni 1744*



Regule, Ordinationes, &

CONSTITUTIONES IUDICIALES CANCEL-
 larie Apostolicæ, à sanctissimis dominis nostris Pontificibus sum-
 mis, maxime Innocentio VIII, Iulio II, Clemente VII, & Pau-
 lo III. diuina prouidentia nunc regnante, editæ, commenta-
 riis amplissimis cum Alfonso Zotti & aliorum, tum præ-
 cipue Ludouici Gomes, Hispani, Episcopi Sarnensis,
 facti palatii apostolici Auditoris, vtriusque Si-
 gnature Referendarij, ac sacre Penitentiæ
 apostolicæ Regentis, nuper illustratæ
 quibus in commentariis præter ex-
 tera non inueniendum aut infra-
 ctissimum vtriusque Signaturæ
 compendium, & quingen-
 ta ferè nouæ Decisio-
 nes Rotæ inferun-
 tur, hoc alteri-
 sco & no-
 tata.

Num. 52. Cap. . . 5. num. 12.
 Opus sanè varium, & Cuius se Parliamentis seu tribu-
 nalibus omnibus apprime necessarium.

*Omnia diligenter recognita, ac se fontibus emendata, & in
 indice copiosissimi tanquam speculo quædam præposita,*

*Del. M. Real. del. sup. de. J. de. Salam. in
 y. v. de. Lib. 1.*

Venerunt Galeoto à Prato, ad primam Pa-
 latij Parisiensis columnam.

1 5 4 6

Cum gratia & priuilegio.

GALLIOT

DV PRE.



W. F. R. A.

16

13

PAVLO TERTIO PONTIFICI MAXIMO, EIDEM-

que Optimo, Ludouicus Gomes Episcopus Sarnen. Felicitatem.




Ab eo ipso die quo me studiorum ardentior cura incessit, Beatissime Pater, nihil magis præ me tuli, neque ingenuo ac studioso viro dignius existimaui, quam otij sui & studiorum rationem optimis Principibus, sapientibusque viris reddere. Hoc Aristoteles Alexandro, uterque Plinius Tiro & Traiano, ac plerique veterum, magno & excellenti viri ingenio, maioribus suis præstiterunt: Gymnosophistæ quoque, Indiæ sapientes, tantopere otium detestabantur, ut non modò ipsi temporis rationem reddere, sed ab aliis accipere consueverint, qui priusquam edulia mensis aponerentur, adolescentibus ex diuersis officiis conuenientes, interrogare soliti erant, quid boni à lucis ortu tunc usque didicissent: quisque nihil habebat respondendum, impransus foras extrudebatur: pro certo habentes, id quod erat, sicut virtutis laborē ita sceleris otium esse ministrum, nihilque agendo homines (quod Cato dicebat) ad malè agendum instrui. Quibus ego exemplis admonitus, cum Patavij studiorum causa agens, aliquid fortè profecissem, illud in primis laboriosum opus Martino Georgio Veneto, clarissimo vndeunque viro, cuius opera non mediocrem Patavij locum fueram consecutus, dicendum duxi: & ibi nonnulla conscripti, quorum aliqua proximis diebus sub auspicio Sacratissimi nominis tui in lucem prodire. Nunc verò superest, beatissime Pater, ut eius quoque temporis quo iam per vndecim annos in tuo Rotæ Auditorio, veluti Diogenes, dolium volui, computum tibi & rationem reddam. Quod quidem ut maturius à me fieret, quæ nuper sum pollicitus, hæc qualiacunque Cõmentaria Regularum Cancellariæ Apostolicæ, quibus orbis Christianus magna ex parte regitur, iure tibi illarum conditori dedico atque offero, qui vnus omnium Romanorum Pontificum etiam maiestatem sedis Apostolicæ iamiam collabentem, optimis institutis atque ornamentis illustratâ honorasti. Continet siquidem earundem interpretationem varia rerum cognitione conspersam, & nascentis Ecclesiæ ac Cancellariæ primordia incrementa, varietatem, & nostra usque ad tempora progressum. Continent supra quingentas Reipublicæ perquam utiles ac nouas Rotæ Decisiones, meo tempore collectas, per quas causarum patroni, ceterique causidici instruuntur, ecclesiastici ordinis iudices, quid agere debeant, admonentur, & tanquam adhibitis luminibus, litium tenebris fugatis, Christianæ Reipublicæ status roboratur. Quibus non inuicendum vtriusque Signaturæ Compendium, formulam antiquæ & nouæ curiæ demonstrans, annexum est. Quo in opere quantum elaborauerim, quantum industriæ ac studij adhibuerim, aliorum sit iudicium. Et si homini vehementer occupato aliquid forte per incuriam exciderit, facile condonabis. Difficile quippe fuit, Ioui Imperij ac gubernationis domino, & Mercurio literarum principi, pariter inservire. Nam Lunam, ceterosque cœlestes nunquam ab ædibus Mercurij separatiores esse ferunt, quam ubi Iouis sedes ingrediuntur. Hæc igitur pro tua humanitate, Paule optime, suscipe, & Sarnesem tuam (cui nihil magis cordi est, quam ut tibi bonorum omnium parenti, studij sui fructus repēdat) resoue. Qui si ingenij tui celsitudini minimè responderit, dabis veniam. Nam ut es erga impios iustissimus iudex, ita esse soles erga tui studiosos indulgentissimus pater.

Vale.

Regulæ Ordinationes & Con-

STITVTIONES CANCELLARIAE, SANCTIS-
simi domini nostri: domini Innocētij diuina prouidentia Papæ.viij.
scriptæ & correctæ in Cancellaria Apostolica.

*se ab ipso Regular e
sua p[ro]p[ri]a auct[orit]ate in Ru
bica de Reformatio[n]e in h[is]*



HÆC Rubrica in cuolibet verbo Reuerendissime do-
mine deberet p[ro]derari, quia Rub. est de textu iusticiat. l.
imperator. ff. de in diem adiectione. Non cito allegare
glo. in verbo titulis. in proemio. vj. Ideo valet argu. à
significatione Rubri. sufficit. l. j. §. hæc verba. ff. quod
quisque iuris. Hoc tamen est verum nisi in rubr. de
cretorum: quia non sunt autentice secundum doct. in
diferentis locis. & sufficit glof. in Rub. ca. carde. in. q. ix.
quod intelligo verum quando est contraria textui. ut ibi
alias fecit. Et sic intelligo glof. in ca. sacrificium. de con-
diti. ij. & ca. volumus. lxxix. dist. in. Et circa rub. pos-
sem allegare tam de iure ca. quia nulli multas glof. &
dicta doct. Sed quia non faciunt ad propositū pro nunc
obmitto. Sed hæc volui dixisse quia hic penuntur vt di-
uerse, scilicet regulæ, ordinationes, & oblationes, qua-
rum significationes sunt diuersæ. licet videantur idem significare. ut. l. si idem. C. de codi. cum glo.
Nam similia vocabula que adinuicem differant, nunquam differunt sine magno ministerio. vt
dicit Bal. in. l. ex legato. C. de leg. per. d. l. si idem. Et ne sim longus obmitto pro nunc. Sed ex
ista Rub. sequitur quod constitutiones hic contentæ nō solum debent obseruari in Cancellaria &
in curia sed in vniuerso orbe, exceptis illis que concernunt expeditiones literarum que non sunt
dantur & indistincte vt. i. l. ius dicam. Et dicuntur Cancellarie, id est, iustitie. vt latius. j. si submitram.
Iit vnum quodque verbum hic positū deberet p[ro]derari. Sed quia expertus loquor non video fore
instum dicere hic ista que æqualiter sunt puerilia. Protestar tamen. R. P. quod nolo multū allega-
re, sed tantum aliqua facientia ad casum & obmittam superflua, & imitabor iusticiat. l. si quis
si quis obrepserit. ff. de fal. & glo. in ca. tales. xiiij. dist. & ca. si. de stare & quali. maxime pro tan-
to domino, pro tantæ curia vbi verba inter literatos dicuntur pauca & compendiosa, & sic
debet fieri de iure. ar. ca. diffinimus. in fi. xvij. quest. ij.

*fol. 114
Rub. quod sit
de tea.*

rum significationes sunt diuersæ. licet videantur idem significare. ut. l. si idem. C. de codi. cum glo.
Nam similia vocabula que adinuicem differant, nunquam differunt sine magno ministerio. vt
dicit Bal. in. l. ex legato. C. de leg. per. d. l. si idem. Et ne sim longus obmitto pro nunc. Sed ex
ista Rub. sequitur quod constitutiones hic contentæ nō solum debent obseruari in Cancellaria &
in curia sed in vniuerso orbe, exceptis illis que concernunt expeditiones literarum que non sunt
dantur & indistincte vt. i. l. ius dicam. Et dicuntur Cancellarie, id est, iustitie. vt latius. j. si submitram.
Iit vnum quodque verbum hic positū deberet p[ro]derari. Sed quia expertus loquor non video fore
instum dicere hic ista que æqualiter sunt puerilia. Protestar tamen. R. P. quod nolo multū allega-
re, sed tantum aliqua facientia ad casum & obmittam superflua, & imitabor iusticiat. l. si quis
si quis obrepserit. ff. de fal. & glo. in ca. tales. xiiij. dist. & ca. si. de stare & quali. maxime pro tan-
to domino, pro tantæ curia vbi verba inter literatos dicuntur pauca & compendiosa, & sic
debet fieri de iure. ar. ca. diffinimus. in fi. xvij. quest. ij.

*Constitutio-
ner Cau-
cellarie quare ita
dicuntur.*

Proemium.

SANCTISSIMUS in Christo pater & dominus noster. D. Innoc. diuina prou-
identia Papa, viij. suorum predecessorum vestigiis inheredo normam & or-
dinem gerendis dare volens, in crastinū assumptionis sue ad summi Apo-
stolatus apicē, videlicet die. xxx. mens. August. Annū à natiuitate domini,
M. CCC. CLX. XXIII. reseruationes, cōstitutiones, & regulas infra scri-
ptas: quas etiā extunc suo tēpore obseruari voluit, & quas de eius mādato, &c. Nos Ro-
dERICUS misericordie diuina episcopus Portuen. sanctæ Romanæ ecclesie Vicescanc-
llarius, die Lunæ. xiii. mensis Septembris in Cancellaria apostolica fecimus publicari.

Hic vna curiosus. R. P. dubitauit vbi ego non debito, sed pro simplicibus curialibus sub-
iungam quod aut forte esset vitium impressoris, aut vitium ordinatoris huius proemij.
quia Papa fuit creatus die dominica. xix. August. ergo sequitur q[ui]d hic male dicitur de. xxx.
die. Sed certe salua auctoritate. D. T. & etiam illius qui hoc offereret bene possumus saluare hanc
literam, quia si dictio, videlicet, hic posita referatur ad illud verbum in crastinum tunc bene stat.
q. d. quod licet Papa fuerit electus. xix. tamen in crastinum, id est, alia die sequenti qua fuit. xxx.
fecit istas regulas. & sic nō est vitium impressoris, nec vitium ordinatoris. Sed si referatur ad ver-
ba sue assumptionis, quod est proposita quod sit intellectus, quod ea die. xxx. fuit assumptus tunc
esset mala sententia, quia non fuit factus nisi die. xix. & hoc esset bene punduare, quia dictio, vi-
delicet, est restrictio termini cui adiungitur. vt notatur per glof. & Bar. in. l. quæsumus. ff. de fan-
infans. Et semper debemus vigilare & punduare dispositionem, & illustrationem recti sermonis cū
illo verbo, cui magis congruit, vt notanter dicit Bal. in. l. i. C. de liberis p[re]sto. Sed vt cõueniat in-
congruitatem sententiæ melius est punduare. primo modo per iura vulgaria, sufficit pro nunc.
ca. marchioni & basilides. i. q. cur tamen in regula Sixti, vbi quasi eadem verba dicuntur de de-
cima die qua fuit electus Sixtus, & dictio videlicet ibi posita referatur ad verbum assumptionis, &

*Videlicet, di-
citur in die re-
publica tunc
si cui adiu-
gatur.*

distatibus, & ratio nō militat quādo resignatio fit in partibus, & sic extra curiā, quia ex quo debet fieri in loco, minus tēpus requiritur, & ideo vnus mēsis assignatur. ¶ Et sic cū laude Dei sit expedita ista regula de publicandis, circa quā legē plura excogitare poterit curiosus, q̄ mihi iā vehemēter occupato nō occurrēt. Nā hic trahi posset tota materia regulae de publicandis acceptationibus in gratiis expectatiuis, q̄ cōsimilē & quodāmodo affiniē materiā cōtinet. Sed quia sup̄ illa regula plures decisiones scripsit D. Guliel. ac etiā p̄pter nouas promissiones q̄ quotidie ab acceptantibus faciliē p̄curtur, propter quas tollitur diligentia publicandi, & p̄ cōsequens prouisio illius regulae, ideo sup̄ ea nihil dicē, p̄sertim quia illa regula non ponitur inter iudiciales. Nū tamē omittā p̄ cōplemento istius regulae, ac etiā ne illa q̄ sunt notatu digna penitus ignorētur, q̄ circa illā regulā de publicandis acceptationibus tēporibus D. Iacobi Simonetta in Rota vnū notabile dubiū decisum fuit, de quo D. Guliel. nō facit mētionē. Sed ipse idē Iacobus de illo meminit in trac. suo reservationū. fol. lxxij. Dubiū igitur fuit, nūquid illi regulae de publicandis acceptationibus, q̄ expresse de expectatiuis loquitur, subiiciantur reservationes q̄ habēt beneficiū acceptandi. Plura hinc inde disputationis gratia dicebantur: tandē Rota in istā sententiā inclinans, q̄ sic, ex eo, quia tales reservationes appellari possunt expectatiuae pinguiorē, & quia ratio publicationis ne expectatiuis acceptans si nō publice, plura beneficia inuoluat, militat in tali reservatione. Ita cōcluserūt Domini, vt latius ibi per eū. Et p̄ illa etiā tēpore meo fuit in Rota cōclusum in vna Hispanica. canonicatus & p̄reb. corā D. Paulo Capilupco, die. xv. Octob. M. D. viii. q̄ quosdā gratia p̄ Leonē X. cōcessa cuidā Petro Xarez ad canonicatū & p̄reb. & ad quēsq; beneficia etiā reservata, etiā seruitoria, & cū clausula suspēsiua oīm gratiarū expectatiuarū, & clausula antefari, &c. diceretur expectatiuis pinguis, licet in ea daretur potestas acceptandi beneficia seruitoria & reservata: & clausula suspēsiua aliarū expectatiuarū, q̄ nō solēt secūda regulas cōcedi expectantibus, vt patet in regulis expectatiuarū Leonis, Clemētis & Pauli. Verū quia in d. gratia datur facultas acceptandi, atē creatio in canonicatū, & clausula antefari, q̄ sunt particularia expectantiū, fuit cōclusū dictā gratiā esse expectatiuā pinguē, & illā subiici regulis de expectatiuis loquentib; quod est notandū ad regulā flationū, & alias regulas de expectatiuis loquentes. Postremo quid importēt illa verba i regula ista posita, videlicet, & hōe sequuta quēcuq; &c. dixi in regula de annali. q. lxxviij. lxxxi. p̄dicta p̄sset hic etiā dōbitari de vna. q. q̄ p̄missa erat suprā. q. ix. sup̄ qua aliis cōsultit Iacobus de Narnia, in causa Coloni. p̄reb. S. Severini, videlicet nūquid publicatio facta in domo siue loco capitulari qui est i ambitū ecclēsiā, valeret: & cōsultit q̄ sic, quia licet regula requirat locū beneficii, illud fit ad effectū vt magis innotescat: & in tali publicatione finis seruator illo modo: quia illud quod fit infra ambitū, dicitur in loco fieri. c. de fabrica. de cōsec. dist. i. l. ij. de verb. sig. & c. di. ciuitas. de senten. ex cō. lib. vi. cū vulg. & quia videmus quōd aliquando publicatio toleratur, si facta fuerit coram honestis personis & testibus. glos. in verbo beneficium. in c. causam. de elec. sicut videmus in appellatione fieri, vt dicit glos. in l. cum quidam. ff. de appellatio. tanto fortius in causa nostra quando fit coram canonicis in loco capitulari.

Regula de publicandis acceptationibus. Reservationes quando solent appellari expectatiuae pinguiorē.

*

REGVLA QVOD COMMISSIONI POST CONCLUSIONEM NON STET, NISI DEROGETUR CONCLUSIONI.

Item statuit & ordinauit, quōd in commissionibus seu mandatis etiam consistorialibus per eū, seu de eius mandato vel auctoritate in causis in quibus conclusum exiit, in posterum concedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicite vel explicite mētio facta fuerit, nihil cōsuetur esse concessum, nisi per concessionē commissionis huiusmodi, conclusioni derogetur expresse.

Non staret nisi concessio post conclusionem.

Ista regula q̄ de cōclusionone loquitur, hinc & cōclusionē apponit regulis iudicialibus, & p̄senti tractatui. Nā ista regula etiā vltima est iudicialiū, vt hic etiā Glossator aduertit, & ita in libro regulāū Retē vltima ponitur. Circa quā nihil omnino nisi remissimē scribā, ex eo, quia hodie p̄pter facilē cōclusionis derogationē, q̄ p̄ p̄cessum ad vltiora, & respectiōē dominorū auditorū fit, parū practicator, & ob eam fortē causam de ea D. Guliel. Castudorus nihil in decisionibus suis scripsit, quauis per. xij. annos eā q̄ in Rota gesta facere, circa regulas obseruauerit. Et ego per. xj. annos quibus in Rota versor, nunq̄ vidi de ea excipi: p̄pterea vanū erit tēpora, q̄ mihi nō sunt reliqua inutilibus contāmere. Quāobrem circa istā regulā remissimē vidēda sunt q̄ dicit Fely. in. c. nūnulli. in. ij. col. vers. certia declaratio. & in. c. super literis. in. ix. col. vers. amplia adhuc. & in col. ij. vers. & ad sextā regulā, &c. de rescrip. quibus locis de regula ista mētionē facit. Et ante ipsum latius regulā istā discuit Ro. in cō. c. lxxvi. incip. istae sunt. col. vln. vbi plenissimē loquitur, & plures alij, qui breuitatis causa omittantur. Et ideo ista sufficiant pro cōplemento p̄sents tractatus. Et dum tempus dabitur, fortē secundam partem regularem, quae in literis expediendis versatur, quae alium iustum totum requirere videtur, aggrediar: quae quidem regulae ideo non dantur, quia in iudiciis non producantur, & ob eam causam extrajudiciales appellantur.

Regularum, ordinationum & constitutionum Cancellariae apostolicae, editarum partim ab Innocentio papa VII, partim a Julio II, partim a Clemente VII, partim a Paulo III. Ad haec regularum item Cancellariae apostolicae iudicialium in libro Rotae inscriptarum, cum commentariis iam dictorum, tum maxime R. P. D. Ludouici Gomez, episcopi sacrae sacrorum sacri palatii apostolici Auditorum, et usque signaturae Referendarii, ac sacrae Penitentariae apostolicae regentis, in annos & singulas sacrorum, diligenter recognitis & emendatis, insuper et iudice rerum maxime insignitum amplissime illustratis suis.

Impressus Romae Apud in athena Parisiorum Laeta, expensis beneh. vniuersitatis in Prent. in libro palati in athena vniuersitatis. Anno domini M. D. CCLX. pridie Cal. Nouemb.



Cum gratia & Priuilegio.

[Faint, mostly illegible text in a Gothic script, likely the main body of the document's preface or introduction.]